






colorchecker CLASSIC

+




+




+

卷之三










M.10,637

Cat. Moreau,

n° 148.



4  
—


# ARMANDVS ARMANS.



PARISIIS.  
Apud IOANNEM HENAVLT,  
M. D C. XLVIII.  
*Cum licentia.*

et de la Messe

et de la Messe



1512.8  
LEONARDO DA VINCI

ANTIQUE BOOKS



# ARMANDVS ARMANS



**A**ude Lutetia ? armat Armandus , odiosum fortitus nomen ut amabile redderet , crudele ut mitigaret , magnum ut superando maior fieret , post Richelium in Borbonio superstes ut in principe sepeliret quam in ministro genuerat tyrannidem : num dulce ex amaro & e vulnere salus , quem unquam illustriores initiarunt belli primitæ , quas nempe Senatus maturas fecit , pias Episcopos , frater hostis heroicas ; Deum probat vnci sui protectorem Theologus sub casside , Violata vindicat iura iurisconsultus sine magistro , domesticum impugnat orbis victorem subito

A ij

heros. Quin & seruatum familiæ decus Armando retulerim, veterem populorum in Condæos amorem iuuenilis ardor extinxerat, nisi dixeræ iniuriam officioſa lœua reparasset, amabilis clientum hæreditas dominum mutauit non domum, tot ſibi deuincit natu minor quot maior alienat, primogenitum ſupplantat nouus Iacob; & hîc agnoſce quam tibi blan-dè irascatur fortuna, Ludouice, vbi te ſolitâ Iuſtiâ victorem coronare non potuit, fratrem fuſcitauit in hoſtem, ne partam tot periculis gloriam vel externa manus indecorè fœdaret, vel propria ſceleratè triumphando, idque tantum effecit ut minor famâ fueris quia natura maior eras.

Post eluſos irritæ temeritatis conatus, reſtitutamque libertatem, patere, Armande, ut quo-rum vota cumulasti, pro benefico voueant, & inter vitæ tuæ miracula numeretur eâ conſtan-tiâ dilectum à populo ut posteritatem à te po- poscerit cui perpetuaret amorem; ſuos amat errores nauis noſtra quæ gemmam te dignam agitata repererit, bellique ciuilis tumultuosum pelagus, cuius è ſpuma oriatur tibi pudica venus amoris breui coniux & mater; ad rei maritimæ præfecturam eâ lege ſibi frater viam ape- ruit,

ruit ut suas tibi purpas clauderet concha,  
& ignobili \* fluvio laboraret oceanus ; ne longiori cohonestes ambitu dignitatem quæ competitore vilescit , romam sine Galliæ seruos adoret , cuius toties tolerauit gallia tyrannos ; aliò te fata vocant , Armande , & regalis amplitudo familie ; Est virgo auitâ claritate nobilis & suâ , dote supra regiam , virtute suprà humanam & quod est magnæ laudis appendix filia Duci Longuauillæ , is nempe , cætera taceo , ne solem videar in radio contraherè , pacis arbiter Hispanum fecit modestum & Lutetiæ dux belli , generositatem indidit magistratui , rationem populo , timiditatem tyranno & absit verbo inuidia , fidelitatem Normanno .

Hæc tibi communibus iungitur votis , nec abnuit inclita mater quæ gentilitum gaudebit renasci nomen quod occubuisse doluerat primus quippe partus M O N M O R A N C A E V S erit  
**E X S Y S C I T A T U S .**

B



# REGALIA SINE REGE.



Vid agis, Lutetia? pocula coronas  
dum tuæ corona frontis elabitur;  
ebrios salutas Reges & sobrium  
perdis; regnas mensæ, damnaris in  
aulâ; fabulosa conuiuis diuidere  
gaudes Imperia, & tuum verè diuiditur; Phœbe  
clamas inter iocos, cum suo rapitur cœlo sol tuus;  
hac parte officiosus raptor quâ putas iniuriosum,  
exitu nocturno amorem tuum illustrat, tacitèque  
probat furtiuo raptu chariorem Regem tibi fuisse,  
quàm ut eum dimitteres. Quid aliud sperares ab  
eo qui salutis preces, mortales fecit, & vindicatæ  
libertatis publicas gratias, publicæ captiuitatis  
ministras, quàm ut Regalem diem tyrannicum  
redderet, odiosamque Majestatem eo die quo  
magis amabilis vel fictitia adoratur. Stupenda  
rerum facies! qui modò decubuerant abundantię

7

blandientis in sinu , subitæ expurgiscuntur inter  
minas inopiæ: pompam confestim occupat deso-  
latio , securitatem periculum , affluentiam solitu-  
do, risum dolor, prodigam lauitiam parca fruga-  
litas. Ea surgite , accurrite Ciues, Innocens Galliæ  
Dominus, breui Europæ, fascibus ligatur ut seruus,  
securi ut nocens , verè Lilium inter spinas. Quis  
Cardinalitos fasces antiquæ putet ornamenta ma-  
iestatis quam sic deturpant ? quis Lodoiceum  
neget Mazarinum, qui Lodoicei numismatis in-  
uidus custos, Imaginis furtum, Exemplaris animati  
raptu consummat.

MERIGOT.

FINIS.

The image shows a circular seal or stamp. The outer ring contains the Latin phrase "SIGILLUM PONDERIS" at the top and "PONDERIS" at the bottom. Inside the circle, there is a central figure, possibly a heraldic animal like a lion or a unicorn, standing on a base. The figure is holding a large scale in its front paws. The word "PONDERIS" is repeated vertically along the sides of the central figure's body.



МЕРИЛ

Z VI

